



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 124. Et conversus Dominus respexit respexit Petrum. v. 61.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

dicit. Itane? quomodo ergo ei respondeas, si quid dicas, nescias. Si tu vero nesciebas quid diceret iste exprobrator, certe ex vicino interrogassis: *Quid dicas iste?* quid vult? Hoc non facis, ergo bene scivisti quid diceret ille, sed tu nolcas hoc ab eo dici, quod dicebat, ideo dicas te nescire quid dicat.

Ecce ita parum solerter homo mentitur, ut ex se ipso prodatur; prodi-
vero a te in etiplo, & suam autoritatem perimi, an non quædam sui
occasio est?

§. 123. *Et continuo adhuc eo loquente cantavit gallus. v. 60.*

Continuante Petro adhuc verbum mendacii cantavit gallus: quo
cantu commotus Petrus, ut finem facheret verborum mendacii, & blasphemiarum, reminiscens quod paulo ante Dominus vaticinans illuc eveni-
tum prædixerat, cœpit leaguoscere. Ego in illo galli cantu agnosco con-
scientiam, quæ semper post commissum facinus occinit, & inclamat dor-
mientibus, quid fecisti! hoc facere non debuisti; pessimam tem fecisti,
Deum offendisti; infernum meritaisti.

O Deus gratias merito agimus tibi, quod tales galli cantum omnibus
hominibus procurasti, ne in somno percati æterno obdormiscamus;
sed excitati ad lucem suam respiremus, & iurgendo redeamus.

§. 124. *Et conversus dominus respexit petrum. v. 61.*

Parum erat gallum cantare Petro, conscientiam inclamare & dam-
nare; nec respiraret Petrus, nisi eum Dominus respiceret; iste alpestris po-
tentius excitat sepultum, quam gallorum omnium cantus vel clamor.

BEn habet: agnosco & adoro potentiam tuæ gratiæ, Iesu in converten-
do quolibet peccatore, respice nos semper, bone Iesu.

§. 125. *Et recordatus est petrus verbi domini sicut dixerat. v. 61.*

Ofelicem vultus huius aspectum! quam miserantis fuit hic, & adle-
trahere volentis errantem! illustrando mentem, ac movendo affectum.
Iratus erat Dominus arroganti Petro, amisi gratiæ lucem ad tempus, oc-
cidit ei sol ad vesperam, nunc mane humiliatus convertitur, incipit ei sol
reoriri, apparere gratia.

AStronimi nugaces frustra nobis varios astrorum quorundam aspectus
in calendariis depingunt. △ ☐ * ☎ isti sunt vani & nullius virtutis aspectus. Hic aspectus Christi est querendus cunctis diebus, ille est
felix, ille est operum nostrorum rector melior, quam omnes aspectus pla-
netarum.

§. 126.